

The Electronic Manipulus florū
www.manipulusflorum.com

Ipocrisis d
cum fontibus proximo et primo

Ypocrita, qui Latine dicitur simulator,
auarus raptor est,
qui dum inique agens desiderat de sanctitate uenerari,
laudem uite rapit aliena.

Glossa Augustini super illud Iob XXVII.:
Que est spes ypocrite?

Que enim spes est hypocrite.

Hypocrita qui latine dicitur simulator.

est auarus raptor.

qui dum inique agens desiderat de sanctitate venerari:
laudem vite rapit aliena.

*Glossa ordinaria, liber Iob, 27 (Biblia Latina
cum glossa ordinaria, A. Rusch ed., Strassburg, 1480).*

Hypocrita, qui latina lingua dicitur simulator,
iustus esse non appetit, sed uideri.

Et idcirco auarus raptor est,
quia dum inique agens desiderat de sanctitate uenerari,
laudem uitae rapit alienae.

Gregorius Magnus, *Moralia in Iob*, 18.7 (CCSL 143A,
M. Adriaen ed., p.893, ll.2-6).